Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



99

pponunt. Septenarius enim numerus perfectio
nem et uniuersitatem designat. Unde et. Septies
in die laudem dixi tibi. In conspectu quoque de
stare prohibent. quia calcatis omnibus terrenis uo
luptatibus contemplationi dei quoque adherent. eusque uo
luntate qui nusquam deest semper consideram. et quod
a placere sciunt opere perficiunt. Hinc paulus dicit.
Sicut ex deo coram deo in xpo loquimur. Et helias. Viuit
dns in cui conspectu sto. Per septem quoque tubas scrip
tura ueteris ac noui testamenti intelligitur. propter
septiformem spm. per quem omnis scriptura dictata
est et intelligentibus reserata. Que scriptura tube
comparatur. quia magna annuntiat. Unde et
ipsis predicatoribus dicitur. quasi tuba exalta uocem
tuam. Datur autem illis ab angelo id est a xpo qui omnibus
doctoribus intelligentiam tribuit diuinorum
uoluminum in utroque testamento. Unde sequitur.
Et alius angelus uenit et stetit ante altare habens
thuribulum aureum. Iste alius angelus qui stetit ante
altare intelligitur homo xpe ihe. de quo pphetia dicit.
Vocabitur nomen eius magni consilii angelus.
Ipse enim nuntius paternae uoluntatis. Qui ue
nit et stetit ante altare cum aureo thuribulo. ut
ostenderet quia ipse est uerus pontifex futurorum
bonorum. Sacerdotis quippe ministerium est altari
assistere et aptatum aromatibus thymiama sollici
te cremare. Ipse enim angelis angelorum et pontifex
pontificum. Porro altare omnem significat ecclam.
quam igne diuini amoris succendit et uerum sacri